

00 662

294²
qm.



14

M E D I C A T I O
I V V E N I S ,
C A T H A R O

Calido acri & falso molestati:

Q V A M

Divino adjuvante Numine ,

S U B P R A E S I D I O

C L A R I S S I M I V I R I

D. H E N R I C I R E G I I ,

Reip. Ultajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii ,

Publicè examinandam proponit

P A U L U S C H E S N E A U , Gallus,

Ad diem 30. Septembris, horâ 9. matutinâ.



Naturâ & Industriâ.

T R A J E C T I ad R H E N U M

Ex Officinâ I O H A N N I S à N O O R T D Y C K ,

A N N O M . D C . X L V I .

*Diffusa & consummata eruditione cunctissimo, virtutum
affluentia, stirpe, clarissimo consuliſſimoque Viro,*

D. D. IOHANNI ab HEYLERSICH,
Illustriss. & Potentiss. D.D. Princi-
pis Wilhelmi Consiliario dignissi-
mo & longè meritissimo; ejusdem-
que mysteriorum Depositario ju-
stissimo, sapientissimo, & fidissimo;
omnium linguarum peritissimo,
totius Encyclopediæ centro, Pro-
motori meo observandissimo;

Hos, etsi infirmos & debiles, (pro-
pter eximiæ singularisque benevo-
lentiæ & candoris plane germani ef-
fecta) characteres, medicamine hoc
verè humiliter ingenuè reverenter-
que exhibeo.

PAULUS CHESNEAU GALLUS;
Sancto-subiziensis.

M E D I C A T I O
I V V E N I S ,
C A T H A R O
Calido acri & falso molestati.

1.

IUvenis viginti octo annorum, eusarcus, plethoricus, & vino
largiore sepiuscule sese oblectans, postquam diu estu solis sub
dio incaluisset, incidit in magnam capitum incalescentiam & gra-
vitatem. Eam jam comitatur copiosus, acris, tenuisque & falsi
humoris, per nares & in os defluentis descensus. Adest faciei
rubedo, atque etiam tussicula, vesperi sub lecti ingressum ingra-
vescens: & noctu saepè omnem somnum ipsi adimens. Pulsus ad-
est celer, creber, magnus. Plus justo sitit. Urina est rubicundior.

III.

Pars in hoc ægro præcipuè affecta est caput, ut patet ex nimia ejus incandescentia & gravitate. Item pulmo & aspera arteria, ut docet tussicula. Atque etiam cor, ut constat ex pulsu celeri crebro & magno. Et totum vasorum genus, ut probatur urina rubra.

III.

Morbus præcipuus, qui eum affigit, est intemperies calida & serosa cerebri, quæ copiosos humores acres, tenues & falsos, in nares palatum fauces & pulmones demittens, Catharrus calidus acris & falsus à Medicis synecdochicè nuncupatur.

IV.

Causa procatarctica hujus morbi est vinum largius ab hoc juvēne ingestum; unde multi humores calidi & serosi geniti, & per totū corpus diffusi, causam *antecedentem* huic morbo p̄ebuerunt: iisque in cerebrum delati, & serosis suis partibus, à reliquo san-
guine, vi æstus solis, poros cerebri & vasorum aperientis,
separati.

separati, atque per nares & foramina palati in os fauces & pulmones de labentes, & in capite putrescentes, continentem ejus, & symptomatum omnium causam constituunt.

V.

Materia enim serosa, in cerebrum cum reliquo sanguine dela-
ta, ibique à sole incalescens, produxit capitis nimium calorem
& gravitatē. Eaque ibi putrescens & majorē calorē concipiens, ac
deinde ex parte in cordis ventriculos, cum reliquo sanguine ad
cor redeunte, reversa, producit cordis arteriarumque pulsū
cerebrum celerem & magnum, urinam rubram, & sitim febricu-
læ symptomaticæ indicem. Dum verò serosus ille sanguis ab
æstu Solis nimio in vapores est dissolutus, porique vasorum &
cerebri nimium sunt aperti, magna copia istorum vaporum, à
reliquo sanguine sese separans, in substantiam & ventriculos ce-
rebri sese effudit, & etiamnū effundit. Quæ ibi propter an-
gustiam loci & minorem calorem cerebri in serum acre & salsū
coagulata, ac ad cerebri basin in glandulam petuitariam & alias
vicinas spongiosas partes descendens, perpetuam humoris tenuis
acris & salsi, in nares & palatum delabentis, parit defluxum.
Pars autem hujus seri ex palato, per conniventis epiglottidis
ritam in arteriam & bronchia pulmonum descendit, & partes
illas ita vellicat, ut fibrillæ nervorum asperæ arteriæ & pulmo-
num, in ventriculos cerebri, extremitatibus suis, desinentes, po-
ros ejus subinde aperiant, spiritusque animales copiosos, mo-
dò in musculos thoracis & faucium inspiratorios, modò in ex-
spiratorios transmittant; atque ita thoracem inordinate dilatan-
do & contrahendo, aeremque contentum per vices vehementius
cū strepitu expellendo, tussiculam illam molestam producant.

V I.

Ingravevit autem hæc ægri tussicula vesperi, sub ingressum
ejus in lectum frigidum; quia vapores cerebri & pulmonum à
lecti & advenientis noctis frigore copiosius coagulati, & à cere-
bro sese ob frigus superveniens magis constringente, in vulmo-
nes copiosius tum deturbati, augent tantopere defluxum hu-
morum,

morum, & hinc orientem tussiculam, ut illa, propter humorum, ad pulmones defluentium, eosque vellicantium, & cerebrum vehementius agitantium, illudque attollentium & pandentium copiam, sœpè ipsi omnem somnum adimant.

VII.

Morbus hic est valde periculosus, quia est humoris acri & falsi ac copiosi, non tantum in nares & palatum; sed etiam in fauces & pulmones defluentis destillatio: unde exulceratio pulmonū, ac inde tabes imminet. Benè tamen sperandum, quia æger est validus, & malum non est inveteratum.

VIII.

Curatio igitur haud perfunctoriè est aggredienda: quæ consistet in causæ procatareticæ antecedentis & continentis, ac in temperiei cerebri per contraria ablatione.

IX.

Primò itaque purgetur æger hoc medicamento:

Rx fol. senna dragm. iij.

rabar. electi dragm. j.

sem. anisi, foenic. an. scrup. ij.

Infundantur in decocto hordei q. s.

In colatura dissolve tremor. tartari scrup. s.

Scammonij gr. iiij. Misce, Fiat haustus, manè exhibendus & pro re nata postea reiterandus.

Sub vesperam sumatur de hoc amygdalato, ad somnum cōciliandum, & humores acres & falsos temperandum, eorumque fluxum fistendum:

Rx amygd. dulc. excortic. vnc. j.

sem. quat. frig. major. ana. drag. j.

papau. alb. drag. iij.

aq. bord. lib. j.

F. emulsio, pro amygdalato.

Vel sumat subinde vesperi pilulam gr. iv. Laudani opiatī: vel pil. de cynoglosso gr. xvi, quæ in pilulas duas formentur: vel syrapi de papau. vnc. s. vel vnc. j.

Fostridie aperiatur vena & educatur sanguis satis largiter, cum
seger noster sit plethoricus.

Deinde humor est alterandus & incrassandus tali decocto:

Ex fol. lact. portul., plantag. an. m. j.

sem. quat. frig. mai, papau. alb, ana drag. ij.

flor. viol. nymph. pap. rhæad, an. p. j.

Coquantur ex aq. com. ad. lib. i. in colatura dissolue
syr. violacei, rosar. siccar. an. vnc. j.

misce. F. apozema, pro tribus dosibus, bis in die
sumendis.

Ad materiam defluentem ulterius incrassandum, & fluxum
inhibendum, atque acrimoniam ejus temperandam, hunc se-
quentem liquorem in ore teneat:

Ex flor. ros. rubr. p. j.

cortic. cap. papau. n. j. vel. ij.

iuiub. recent. p. j.

Decoquantur in aqua communi pro lib. j.

colatura adde syr. papau. vnc. ij. diamori. vnc. f.

boli arm. veri drag. j. Misce.

Tum etiam trochisci sequentes in ore frequenter erunt detinendi:

Ex gum. tragacanthi & Arab. an. drag. ij.

boli armeni. terræ sigill. lotorum in qua rosacea an. drag. j.

sem. papau. alb. succi liquoritiae an. drag. f.

fruct. penid. vnc. j.

Cum mucilag. sem. cidon. extracti. cum aq. ros.

F. orbiculi parvi, quos diu noctuq; in ore detineat.

Interdum etiam ad Catharrum sistendum, & materiam tenuē
incrassandum, & acrimoniam ejus temperandum, commode
utetur hoc linctu:

Ex loch. de papau. vnc. j.

syr. papau. vnc. j. & f.

de iuiub. vnc. j.

spec. diatragac. scrup. ij. M. & lambatur cum bacillo
liquoretiae:

Ad

Ad materiam aliò revellendam adhibeantur lotiones brachiorum & crurum in aq. decoct. flor. nymph, fol. salicis, cap. papau. alb., & flor. chamo. Frontem & tempora inungat, ad somnum conciliandum, oleo nymph. pap. & vng. popul.

Ad caput roborandum, fluxionem retinendam, ejusque reliquias absundendas, convenit hæc cucupha:

Rx gum. iunip. scrup. ij.

ros. rub. pug. ij.

myrtill. drag. j.

macis, nucis mosch. an. scrup. ij.

Thuris. sem. paon. cort. pap. an. scrup. ij.

nucis cupressi. scrup. f.

Pulverisentur, & cum floccis pani coccinei, ac syndone rubrâ,

F. cucupha interpuncta, perpetuò in capite gestanda.

Si his malum non cedat, fonticulus aperiendus in brachio, vel etiam circa nucham: ubi etiam vesicatoria poterunt adhiberi.

X.

In diæta aër sit modicè frigidus: aquilonaris, austrinus, ventosus & pluniosus vitetur. Cibus sit concoctu facilis ex piscibus saxatilibus, lactuca, ovis sorbilibus, pullis gallinaceis, hordeatis. Cibi quantitas sit moderata. Cæna prandio parcior. Sub finem refectionis sumatur portio carnis cydoniorum: sumantur etiam uvæ passæ, & amygdalæ dulces. Potus sit cerevisia tenuis, parcè, quantum potest, sumpta. Lectum vesperi ingrediatur moderatè prius calefactum. Somnus sit moderatus & nocturnus. Tegatur caput mediocri tegmine. Excrementa alvi quotidiè vel arte vel naturâ respondeant. Motus immodus & Animi perturbationes vitentur.

Corollaria Respondentis.

- ¶. **C**ataclida acromion sive humerū summum, cum Galeno lib. de ossib. cap. 4. homini proprium affirmamus.
2. **Q**uod musculus linguam intro contrahens & reducens, eādem porrectus & laxatus exerat & foras expellat, nullum inde incommodum sequitur.
3. **L**ien aliquando visus est mole sua jecur superare, qui adhibitorum medicorum sententia rectē existimatus est jecori ad sanguinis cōfectionem opitulari.
4. **S**ecundum naturam unicus rēn esse potest.
5. **P**raeter 29. nervorum conjugationes ē spina medulla ortas, ē coccygis & caudæ extremo nervum conjugij expertem male deducit Avicennas.
6. **N**unquam perforatur peritonēcum, ut quodam veluti foramine ductus seminarij in scrotum illabantur (quæ tamen Galeni lib. 6. de admin. Anat. cap. 13. reliquorumque omnium est assertio): sed in omni enterocele & epiplocele tunica interior necessariō disrumpitur, externa vero duntaxat laxatur.
7. **I**ecur non raro solidum nullisque fibris divulsum conspectum est.
8. **N**ullus morbus (nisi maximam committendo κακός ξενού) præter vel contra naturam est dicendus.
9. **T**enues humores, utpote purgationi aptiores, ante crasos omni medicamenti genere (contra Averrhoem) non prolixiuntur.
10. **N**ullum spatiū potest esse vacuum. Nec ullus motus fit propter fugam vacui.
11. **D**estillationis materiam ē jecore colidiore fuscitari, multosque inde vapores in caput efferri, qui deinde cerebri frigore in aquam versa protinus relabantur, cum Arabum medicorum duce, tuemur.
12. **N**ullum prorsus temperamentum biliosum dicere permittimus, quāvis alias biliosum hominem rectē appellemus.
13. **G**ravidā mulier in concubitu semen effundere potest.
14. **E**t si purgantium medicamentorum detur attractio, illa tamen cū Avicenna in substantiæ similitudine non consistit.

F I N I S.

00 A 6396

ULB Halle
002 928 167

3



Stra

L L A R I A.

series ad quatuor qualitates primas reduci

no habet sensum per se primum.

n oritur quæbet febris.

ebri aut meningū inflammationē oriri potest.

olitus naturalis.

scolatur per poros ventriculi, in venas gastrī-
sum, & ex hoc transi ad lienem.

sc ad usum

us uni

guitur

per s

i sang

nonstr

stanti

intis

NN

D

E N

P V

, Pho

um, f

nobi

am, d

atura

el bon

n Med

erit ill

x-rite

colorchecker CLASSIC

M E D I C A T I O

I V V E N I S,

C A T H A R R O

Calido acri & salso molestati:

Q V A M

Divino adjuvante Numine,

S U B P R Ä S I D I O

C L A R I S S I M I V I R I

D. H E N R I C I R E G I I,

Reip. Vlrajectinæ Poliatri, & Medicinæ
ac Botanices Professoris Ordinarii,

Publicè examinandam proponit

P A U L U S C H E S N E A U, Gallus,

Ad diem 30. Septembris, horâ 9. matutinâ.



Naturā & Industriā.

T R A J E C T I ad R H E N U M

Ex Officina I O H A N N I S à N O O R T D Y C K,
ANNO M. D C. X L VI.

PEDRO ORMEA!

